ANTONI MATTHÆI JC.

ORATIONES.

Quarum pleræque continent

Argumentum Juridicum.

Accedit ejuſdem

POËMA INAUGURALE

Edente

ANT. MATTHÆO A. F. A. N.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA -

ULTRAJECTI,
Typis *Theodori ab Ackerſdijck & Giſberti à Zijll.*
M. DC. LV.

NOBILISSIMO,
AMPLISSIMOQUE SENATUI INCLUTÆ URBIS
RHENO-TRAJECTINÆ
HAS ORATIONES
V. CL.
ANTONII MATTHÆI
D. D. D.
FIL. EDITOR.

VEſtræ, ut par eſt, juſſioni, VENERANDI PATRES, morem gerentes, Orationes parentis (heu quondam noſtri) nunc in lucem edimus, veſtroque nomini inſcribimus. Grato quippe animo agnoſcimus, quan-

ANTONII MATTHÆI

ORATIO I.

Habita in Illuſtris Gymnaſii Ultraject. Inauguratione,

DE

Iuris Civilis ſapientia contra ejus obtrectatores.

QUOD precatus ſum à Deo immortali, tum cum à delegatis inclytæ hujus civitatis ad honeſtiſſimam juris docendi functionem evocabar; uti ea res Senatui Pop. Q. Ultrajectino bene atque feliciter eveniret: idem precor ab eodem Deo immortali hoc die, quo more inſtitutoque literario auſpicia novi muneris capienda mihi ſunt. Neque repetere ſæpius id votum pigebit; neque ſi repetiero, ut boni laudent metuam. Nam ſi illa ſolennis precatio eam in ſe

ANTONII MATTHÆI POËMA INAUGURALE,

HONORI

Ampliſſimi Ordinis Senatorii in Inclyta civitate Vltrajectina,

OB DEDICATAM BONIS AUSPICIIS ILLUSTREM ACADEMIAM.

QVanquam multiplici diſtractũ Aſtrææ labore
Sevocat à Muſis, & pro Permeſſi de lympha,
Aſſiduum verſat Maſuri prudentia pectus,
Raraque placato naſcuntur carmina Phœbo:
Pauca tamen patriæ proceres, Sanctique Senatus
Culmina, patricio quos nunc beat aurea clavo,
Aurea diviſi Trajectum gloria Rheni,
Vobis pauca canam; ſed quæ legat arbiter æqua
Mente, nec ad leges moroſa ponderet artis:
Quandoquidem ſtulta procul ambitione remotum,